Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26054
Copyright: Admont, Benediktinerstift



tentre contingere et se potuisse agere melius putant.
Vn plerique fit ut erectores minus prudenter ea quae agenda
se uideant. quia eorum oculos ipsa nebula elationis obscurat.
Cum nunquam si qui subiectus et hoc cum planus fuerit faciat quod
dudum fieri subiecti arguebat. Et pro quod illa quae iudicauerat
peperiat. saltem quia iudicauit erubescat. Igitur sic planus
curandum est ne eorum corda estimationem singularis sapientiae
locus superior extollat. Ita subiectis prudendum est ne sibi rectores
facta displicant. Si autem magistrorum uita iure reprehendit.
oportet ut ei subditi tua cum displicet magistrum uenerentur.
Si hoc est sollerter intuendum ne aut quae imitari despicis ue-
nerari contempnas. Subtilis etenim uia tenenda est recentiori
nis et humilitatis. ut sic reprehensibilia magistrorum facta
displicant. quatenus subditorum mens asseruanda magisterii
reuerentia non recedat. Dicit quod iocundum numerum descriptionis populi
regis. et inuenta sunt de israel octingenta milia uirorum fortium
qui educerent gladium. et de iuda milia quingenta pugnatorum.
Notandum autem quod in paralipomenon legitur mille milia centum
milia de israel. et de iuda quadringenta septuaginta milia.
Quos quidem intelligendum est a ioab numeratos esse. si summa eorum
noluisse ostendere dauid nisi tantum quantum in samuelis libro
scribitur. Percussit autem cor dauid postquam numeratus est populus. et dixit
dauid ad dominum. Peccaui ualde in hoc facto. si precor domine ut
transferas iniquitatem seruui tui quia stulte egi nimis. et cet.
In libro quoque exodo ita scriptum est. Locutus est dominus ad moysen dicens.
Quando tuleris summam filiorum israel iuxta numerum. dabunt
singuli pretium animae suae domino. et non erit plaga in eis cum
fuerint recensiti. Hoc autem dabit omnis qui transit ad nomen.
dimidium sicli iuxta mensuram templi. Siclus XX habet